



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An casset potestas dispensandi morte delegati paragrapho. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

expeditæ fuerint. Excipe semper, nisi aliud caurum sit in concessione, vel in lege aliqua municipalی. Ratio est quia, neque ex natura Donationis gratiæ, neque ex Iuri communis dispositione apparet, cur ejusmodi gratia non valeat cum per simplicem concessionem voluntarie datum. concedens transferat gratiam in alium, ut est communis doctrina apud

a Sanc. l. 8. Sanc. a

matrim. d. 2. Affero Secundo, prædictas gratias non 29. nu. 2. prodeſſe, nec vim habere in foro extero, li- Marchin. teris non expeditis. Si tamen expediantur et de Or. tr. jam post mortem concedentis, retrotrahi, hoc 1. p. 7. c. 6. est vim habere à puncto concessionis. Ratio nu. 15. A- est, quia prior hujus assertionis pars clare ha- zor. p. 2. l. betur in Regula 53. & Reg. 50. Cancellariæ, 7. c. 1. posterior vero colligitur ex iisdem Regulis, ut latè habes apud Molinam l. c.

b Qua ha- 3. Dices. Regula Cancellariæ non solum betur ap. loquitur in casu hujus secundæ assertionis, Sanc. l. 8. sed etiam in casu assertionis primæ jam di- matr. d. ctae nu. 1. hæc enim sunt ejus verba. Nulla di- 29. n. II. spositio cuiquam super ea litera Apostoli: & sint con- fectæ. Ergo perperam dictum est oppositum dicto nu. 1.

4. Respondeo. Hæc verba intelligenda sunt, non suffragari in Judicio, vel extra Judiciū; in foro extero, neque enim (ut recte ait Præpositus loc. cit.) credendum est, Pontificem voluisse adversari sententiæ receptæ à tot doctoribus, qui docent pro foro conficien- tia non esse necessariam, ex sc., & ex vi Iuri communis, illam literatum expeditionem.

5. Atque hinc collige, eum, cui à fide digno significatum certo est, Pontificem dispensasse in impedimento, posse in foro conficien- tia Marrimonium contrahere, vel nulliter antea contractum aunc revalidare, etiam si ante li-

terarum expeditionem moriatur Pontifex, & idem dic de aliis Superioribus, quo ad alias gratias. Idemque item dic, si pari modo certo scias à fide digno, Pontificem dispensationem, vel aliam gratiam tibi per literas, seu per scripturam concessisse; cum tamen dictæ litteræ ad te non dum transmisæ sint, quia est eadem, immo major ratio.

6. Dixi (certo scias) sicut certitudine mortali, quam (quenam illa sit) explicui supra e in ^{c Sopran} similis. Mihi enim, & Amico apud Dianam ^{d 1. deim} non videtur sufficere probabilitas concessio- ^{e 10. an} nis: nunquam enim præsumendum est, Pon- ^{f 5. Or. 1.;} tificem, vel Principem concedere gratiam il- ^{g n. f.} lam voluisse, de qua solum mera probabilitas ^{h d Amico} habetur, quod illi concederint: id enim mul- ^{i ap. Dieni} tis fraudibus, & erroribus effet obnoxium. ^{j p. 8. tr. 1.} ^{k ref. 84. J.} ^{l At. bni.}

§. VI.

An cesset Dispensatio, vel Potestas ad dispensan- dum morte Delegati? Remissive.

Diximus an, & quatione cessent gratiæ morte Pontificis, vel alterius Principis, hoc est morte Delegantis: Quid, si moriatur Delegatus, cui gratiam exequi commissum fuerat? Sed, quia de hoc Argumento, quantum ad nostras dispensationes Matrimonialiæ pertinent, egimus supra, e absolu- ^{e Sopra} mus nunc Tractationem hanc ^{11. 3. 1.} Secundam, & tantisper ^{n. 6.} quiescamus.

TRACTA-

FINIS TRACTATVS SECUNDI